Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dicitur iussum feudi empti precium, quod pro ter-
tia parte minus est liberæ & allodialis rei pre-
cio.

Iam uero is, qui rem pleno Jure suam ab alio
in feudum recognoscit, eandem rem non hoc
minori precio quo feudum emi consueuit, sed
precio uero & integro quo res libera ac propria
æstimatur, in feudum recognoscit. Et hic sit
rem ~~quod~~ allodiale recognoscere in feudum
perinde est ac si eam à Domino uel alio com-
parasset integro precio, et deinde in feudum re-
cognosceret, Veram enim & integram pro re
sua in feudum sponte recognita, æstimatio-
nem exsoluit aut saltem eam Vendendo
asij consequi posset.

is Fa

Ex quo satis apparet si à feudo empto pro quo
non integrum, sed tertia parte minus precium
numerari soset foemina excludi non debeat,
multo minus eam ab huiusmodi ex propria
et allodiali re facto feudo, cuius integram Va-
sallus æstimationem uel solui uel con-
sequi ab alio posset, remoueri debere.

Huc pertinet quod feuda ecclesias sica plerunq;
etiam ad foeminas transitoria sint, per ea
quæ tradit Henrichman: cons: 37. n. 8.
Jos. 3. & Wes: cons: 74. n. 4. cum segq:
et per Jus municipale Bauaricum. tit:
2b